

ruere, quam ostendimus in Fig. 20. Ova aliquot pedunculata longe adaucta, in *T. XXX*. Fig. 19 expressimus. Fig. 20, 19.

ANOMIA TURBINATA.

Ital. *Anomia Conica*. Dan. *Haar-Rørlten*.

Müller *Zool. Dan.* Tab. V, Fig. 2, 6.

Testae characteres. Testa conica, transversim striata, integerrima; valva altera subrotunda, parasitica, crassa, imperforata. Fig. 15, c.

Testae descriptio. Testa inaequalvis, exigua, patelliformis. Valva altera conum rectum transversim striatum apice acuminato aemulatur, intus laevem, extrinsecus rudiusculum, margineque integerrimo. Altera fere rotundata, atque explanata, est maxime crassa, et tam arcte rebus marinis adhaeret, ut nullo pacto, vel nonnisi aegre, ab illis divelli queat. Facies superior paullo gibba apophysibus variis vix prominentibus gaudet, at rima nulla. Valva haec osseam veluti indolem gerit: altera longe tenuior, ac intus ex albido caerulea, extrinsecus colore saturo fulvo illinitur.

Historia. Concha haec Madreporae Rameae, de qua supra dictum est, vel lapidibus in illius vicinia degentibus, adglutinata invenitur, quemadmodum in Fig. 15 Tab. XXX ad *c* conspiciere est. Ad *d* valvam parasiticam repraesentavimus, sicuti adparet quando altera, quam ad *e* delapsam, atque inversam supponimus, ab ipsa divellitur. Haec eadem valva insigniter amplificata, ut et puncta innumera, et apophyses, quibus gaudet, et Mollusci impressiones in ipsa relictas adparent, in Fig. 21 exhibetur. Fig. 21.

Miramur equidem oculatissimum Müllerum, qui concham istam pluries perquisivit, saxis, Testaceisque adfixam, eamque iconibus expressit in suae *Zoologiae Danicae* Vol. I, Tab. V, valvam parasiticam numquam conspexisse. Quo factum est, ut illam inter Testacea univalvia adnumeraverit, ac *Patellae Anomaliae* nomen tribuerit ⁽¹⁾. Vermem pariter in ea hospitantem dignovit, et in eadem Tabula V iconibus illustravit. Nos et Mollusci fabricam magis absolutam, et icones longe ampliores, atque adcuratiores praebebimus, quemadmodum ii dignoscent, quos Müller lucubrationes cum nostris aequo animo conferre non pigebit.

Mollusci characteres. Criopus (Fimbriatus) branchiis longissimis in longum striatis, denseque fimbriatis; fimbria item recta utriusque radices transversim conjungente. Inspice Fig. 22 Tab. XXX. Fig. 22.

(1) *Zool. Dan.* Vol. I, pag. 4.

MOLLUSCI ANATOME.

T. XXX. **U**t Criopi Fimbriati fabricam rite contemplemur, ipsum valva altera sublata, **Fig. 24.** pallioque penitus involutum in primis repraesentabimus in Fig. 24 Tab. XXX. *a, a, c, c*, capita exprimunt quatuor musculorum adductorum, quae valvis utrisque adfixa, iis comprimendis inserviunt. Per lentem vitream acutam perspecta surculis vasorum plurimis, atque concinnis locupletata adparent. *DD* est alter pallii lobe, ramosis ovarii propaginibus *d, d*, de quibus infra dicemus, inter geminam sui membranam distinctus. Pallium universum est maxime tenue, ac prope arachnoideum; quo fit, ut singulari studio egeat, et persumma diligentia, ut inviolatum servari queat.

Pallii lobe, quem nuper ~~ingui~~mus, caute divulso, totum Animal detectum **Fig. 22.** adparet, ut in Fig. 22. *s* est oris hiatus, ducens ad ventriculum, qui cum ceteris abdominis partibus occupat intervallum *ee*, inter musculos adductores praedictos *a, a, c, c*, comprehensum. In eo, propter maximam partium tenuitatem, nonnisi hepar amplissimum, folliculisque oblongis, ac viridescens de more compactum, conspicere datum est.

Fig. 22. Branchiae *b, b*, singularem sane formam praeseferunt nullo in Mollusci genere obviam; siquidem ciliorum instar compactae, ab exteriori ambitu lamellae cujusdam musculosae *r, r*, atque in longum sulcatae prodeuntium, in spiram veluti cornua arietis ambae contorquentur. Spira haec geminos orbes cum dimidio ferme obtinet. Cilia subulata, rigidiuscula, confertissima, membrana extra modum tenui, gracilique, vel quod verosimilius est, nullo vinculo simul junguntur. Ab una ad alteram branchiarum radicem lamella *ii* excurrit muscosa, similiterque ciliata. Figuram hanc dedita opera contemplantibus, noctuae faciem quadantenus repraesentare adparebit.

Branchiis deinceps versus cardinem revolutis, quemadmodum exhibuimus in **Fig. 23.** inferus pallii lobe *zz* in conspectum venit, valvae alteri adnatus. Inibi ovarium *nn* inter geminam pallii membranam, sive *duplicaturam*, ut Anatomici dicunt, eadem ratione digestum adparet, ac in altero pallii lobe *dd* **Fig. 24.** conspeximus in Fig. 24. Ovarium hoc in singulis lobis in ramos abscedens, damarum cornua veluti imitari videtur. Color rufus, vel obscure miniaceus, pro diverso praegnationis incessu. Ova maxime exigua, quae cunctas Ovarii propagines seriatim infarciunt, Microscopio conspecta, globosam formam praeseferre videntur.

La Fig. 8 indique le coeur grossi avec ses oreillettes, le commencement des veines, et l'aorte descendante. Tout cela est dénoté par les mêmes lettres que dans la Fig. 7.

Figures 9 et 10. Des groupes d'oeufs de ce même Animal grossis au Microscopie, moyennant lequel on aperçoit dans chaque oeuf l'embriion de la petite Coquille.

EXPLICATION DE LA PLANCHE XXX.

On a dessiné dans cette Planche toutes les especes d'*Anomies*, aussi-bien que l'anatomie de leurs Mollusques.

Fig. 1. La *Pelure d'Oignon* (*Anomia Caepa* Linn.) tout-à-fait ouverte, pour en montrer l'Animal. *ABCD* en est la Coquille; *abcd* est le manteau du Mollusque avec ses filets déployés: *ee, ee* sont les ouës; *f* est l'abdomen, et *xx* l'ovaire parsemé de petits vaisseaux ramifiés. *i, n* sont deux muscles *adducteurs* des valves, bien robustes: *s* est le coeur traversé de l'intestin rectum.

Fig. 2. La même Coquille, dont on a détaché le battant inférieur, pour mettre à nud le lobe inférieur du manteau, aussi-bien que le muscle perforant attaché à un petit osselet, qui traversant un trou du battant inférieur, qu'on a déjà ôté ici, va se fixer fortement aux rochers, ou à des corps marins.

Fig. 5. Ce même osselet de sa grandeur naturelle.

Fig. 6. Le même osselet fort grossi, pour en montrer distinctement la structure.

Fig. 7. Le muscle, dont on a parlé ci-dessus, grossi dans la même proportion que ce même osselet. Dans ses cavités *f, g, h* vont se glisser, et s'y attacher les prominences, ou apophyses *aa, cc, ee* de l'osselet de la Fig. 6.

Fig. 8. La même *Anomie* ouverte, pour rendre visible le trou *u* de la valve inférieure, et en même tems l'assemblage des muscles *o, s, x, y, z* de l'Animal dans leur place naturelle.

Fig. 3. *Petit Crabe* (*Cancer Domesticus**), qu'on trouve très-souvent renfermé dans cette *Anomie* entre les lobes du manteau du Mollusque.

Fig. 4. Ce même Crabe grossi. Les différentes lignes de couleur de vermillon, dont il est orné, sont très-jolies à voir.

Fig. 9. *Pelure d'Oignon verte* (*Anomia Ephippium* Linn.) avec son battant inférieur perforé.

Fig. 10. Cette même *Anomie* ouverte, pour donner une idée de la forme de ses deux valves, aussi-bien que des impressions laissés par les muscles de l'Animal.

Fig. 11. *Anomie Nacrée* (*Anomia Margaritacea* *). Elle est très-singulière pour être tout-à-fait de nacre, tant en dedans, qu'en dehors, tandis que les autres Anomies ne sont nacrées que dans leur concavité.

Fig. 12. *Anomie Sillonée* (*Anomia Sulcata* *) de couleur jaunâtre. Sa valve inférieure est percée d'un trou.

Fig. 13. *Anomie à Peigne* (*Anomia Pectiniformis* *). Elle est fort semblable à un Peigne, si ce n'est que la valve inférieure est percée d'un trou, comme dans les autres Anomies.

Fig. 15. Branche de *Madrepore Rameuse* (*Madrepora Ramea* Linn.). Le Zoophlite logé dans les bouts étoilés des branches de cette Madrepore, étend ses prolongemens de manière, que tous ces bouts-là paroissent peints d'une jolie couleur jaune, et quelquefois de rouge. Lorsqu'on la tire de la mer, elle le dispute en beauté aux plus jolies productions marines. Outre la *Millepore Cellulaire f*, et la *Réticulaire h*, on trouve attaché à la dite branche l'*Anomie en forme d'écaille, a* (*Anomia Squamula* Linn.), qu'on a dessinée un peu grossie dans la Fig. 18: les deux *Anomies Tronquées, b* (*Anomia Truncata* Linn.): la *Tête de Serpent, y* (*Anomia Caput Serpentis* Linn.); et l'*Anomie Conique c* (*Anomia Turbinata* *), dont les valves sont dessinées à part en *d* et en *e*: l'inférieure *d* est tellement fixée à la Madrepore, qu'il est très-difficile de l'en détacher.

Fig. 14. L'attache cornée, moyennant laquelle l'*Anomie à écaille* se fixe à des corps marins.

Fig. 20. Le foie et l'ovaire du Mollusque de cette même Anomie, grossis.

Fig. 19. Des oeufs de ce même Mollusque grossis avec leur pédicule.

Fig. 17. L'*Anomie Tronquée*, de grandeur naturelle, ouverte.


Fig. 16. Le battant inférieur de cette Anomie un peu grossi, pour faire appercevoir l'apophyse *ax*, qui s'élève de son milieu en forme d'une selle.


Fig. 21. Le battant inférieur de l'*Anomie Conique*, grossi.

Fig. 24. Le lobe supérieur du manteau du Mollusque de l'*Anomie Conique*, contenant l'ovaire ramifié *dd*.

Fig. 22. Le Mollusque de cette Anomie adhérent à son battant inférieur. *a, a, c, c* sont les tendons des muscles *adducteurs*. L'abdomen est placé dans l'espace *ee*, la bouche en *s*: *ir, ir* sont les ouïes contournées naturellement en forme de cornes de belier, et garnies de cils tout à l'entour.

Enfin la Fig. 23 montre ce même Animal avec ses ouïes *bb* renversées en dessus, pour mettre à nud le lobe inférieur du manteau *zz*, et l'ovaire *n, n*, qui l'orne agréablement.





Morelli delin.

Car. Sabala, fecit.